

in casu dubii iactura bonorum commodatarii habet se tanquam expensae: ergo ad eas tenetur commodans: ergo commodatarius potest compensare. Ad hoc responder P. Molina, distinguendo: tenetur ad expensas ordinarias, negatur: tenetur ad extraordinarias, subdistinguit: ad extraordinarias, ad quae tenetur commodatarius vi contractus, negat, ad alias extraordinarias concedit, v. g. si mancipium commodatum in morbum incidet, aut fugam suam culpam attingeret, & necesse esset aliquid expendere, ut illi subveniret, aut eis fuga revocaret. Si tamen res, quae naufragio, incendio, aut alio simili infortunio erat peritura, nisi commodatarius suam industriae praverit, simili modo erat peritura apud Dominum, tunc probabile existimat P. Molina (michi autem est indubitatum) posse commodatarium compensare rem suam viliorum: quia tunc periculum est utrique commune, neque advenit occasione contractus rei alienae. In quo casu licet est seipsum diligere pro proximo, res suas conservando easque præferendo, (non tamen debet, ut loquitur P. Molina, quia charitas sui non obligat, ut quod temporalia nos magis amemus quam proximum) quia sic commodatum non est causa interitus.

751. Hæc est doctrina P. Molinae, & speculatively loquendo verior: sed in praxi non caret difficultate, estque probabilis & practicè ruta doctrina P. Azorci, 7. q. 6. ubi paucis expeditorum praetextis controversiam quadam forum conscientie. [Aut res propriez etant pretiosiores si comodata, vel aquæ pretiosæ, aut viliosæ. si pretiosiores, vel aquæ pretiosæ, nihil cogitur commodatarius restituere secundum conscientiam, ut si res suis ab intendendo, ruina, naufragio, bello, vel à latronibus liberavit. Ratio hujus est, quia nemo secundum conscientiam compellitur rebus & commodis alienis magis quam propriis confundere. Si autem viliores res erant propriez: tunc, aut potuit rem comodatam servare aquæ ac huam: & tunc secundum conscientiam debet restituere comodatum, vel premium ejus, cum se ad id ex pacto obligaverit, qui contra legem charitatis fecit, rem suam servando, negligenter & potuisse re alienam: aut non potuit, & tunc restituere secundum conscientiam non cogitur.] Ita ille: statim expedite & planè, magisque conformiter communi persuasiōni & in familiari hominum.

752. DUBITATUR: Ad quem specent expensæ factæ circa rem comodatam à Commodatario. & Expensas ordinarias, ut sunt cibi, hospitium, &c. spectare ad commodatarium, nisi aliud pactum fuerit. Si sint extraordinariae, & graves, spectare ad comodatorem: si verò leves, spectare ad commodatarium. Ita haberet legge 18. §. 2. ff. h. r. [Possunt justæ causa intervenire, ex quibus cum eo, qui comodat, agi debet, veluti de impensis in vale-

tudinem servi factis, quæque post fugam requiriendi, reducendique ejus causâ factæ essent: nam cibariorum impensis, naturali scilicet ratione ad eum pertinent, qui utendum accepisset. Sed si id, quod de impensis valetudinis aut fugæ diximus, ad majores impensas pertinere debet: modica enim impendia verius est, ut sicut cibariorum, ad eundem pertineant. Ex qua lege non improbaribliter pro sententia ex Azorio relata quis colligeret, quod commodatarius non tenetur subire iacturam propriorum bonorum, ad conservandas comodatas pretiosiores, si illa iactura excederet valorem modicarum expensarum extraordinariarum.

CONTROVERSIA VIII.

Ad quem spectet damnum à tertio datum in re comodata, aut ex virtute rei proveniens damnum Commodatario.

S U M M A R I U M .

A N Commodatarius tenetur de damno ab alio illato. 753.

Intellectus legis 41. ff. locati. eod.

Ad quem spectet damnum, quod Commodatarius patitur à re comodata viuisca. 754.

753. QUAERITUR 1. An Commodatarius tenetur de damno ab alio illato in re comodata: v. g. si stabularius equum in stabulo collocatum negligat, ita tamen ut nulla culpa ex parte commodatarii intervenierit, eò quod etiam diligenter viatores soleant hujusmodi famulis suis eos committere.

In hoc puncto occurunt leges admodum diversæ. Negativa sententia fundatur in lege 19. ff. h. r. ubi dicitur: [Ad eos qui servandum aliquid dicunt, aut utendum accipiunt, damnum injuria ab alio datum non pertinere, procul dubio est: quia enim curia aut diligentia consequi possimus, ne damnum aliquis nobis injuriæ det.]

Accedit etiam efficacissima ratio. Nam, ut supra vidimus, commodatarius non tenetur ad præstandum casum fortuitum, sine culpa sua obvenientem, nisi in pactum deduxerit, atqui damnum ab alio datum absque culpa commodatarii est plenæ causus fortuitus, quem nemo etiam diligenter potest, & ideo à nemine praestatur, ut dicitur in Regula Iuris 23. in fine, ubi etiam inter hujusmodi casus numeratur fuga servorum, qui custodiri non solent.

Pro affirmativa videtur facere lex 41. ff. locati. ubi Vopianus referens sententiam Iuliani in precedentia lege 19. relatam, illi tamen perficit

Contr. IX. De revocatione Commodati.

sententiam oppositam Marcelli, his verbis. [Sed de damno ab alio dato agi cum eo non posse Iulianus ait. quia enim custodiâ consequi potuit, ne damnum injuria ab alio dati possit. Sed Marcellus interdum esse posse ait: siue custodiri potuit, ne damnum darecur, siue ipse custos damnum dedit. Quæ sententia Marcelli probanda est.]

Ceterum, eti Hotomannus & Treutler existimant, Antinomiam esse adeo apertam, ut nullâ viâ conciliari possit. Huius tamen meritò dicit, optimè posse conciliari. Et sicut ex particula In iuris 21. Marcellum non esse contrarium Iuliano, si sermo fit de eo quod regulariter contingit: quamvis aliquando possit contingere, ut ad commodatarium spectet damnum ab alio datum, cuius duos adducit casus, nempe si res commoda custodiri potuit, & non sicut custodita, vel si ipse custos damnum dedit; sicut casum in priore casu intervenient culpa scilicet levissime commodatarii, ita eandem videtur supponere Marcellus: in secundo casu, nempe si talis custos adhibitus est, à quo posset prudenter hujusmodi damnum timeri, & ideo culpa commodatarii erat, non constitutere diligenter.

754. QUÆRITUR 2. Ad quem spectet damnum, quod Commodatarius patitur à re comodata viuisca. v. g. si dolia comodata non retinuerint vinum infusum à comodatario. cap. an. b. t. ibi. Contra eum quoqueretè non agitur comodatio, nisi post usum expletum, cuius gratiarum fuerat comodata. cum non decipi nos beneficio oportere, sed adjurari: & lege 17. §. 3. ff. h. t. ubi exemplum ponitur. Item quis siem vafa viuisca comodavit, si ibi infusum vinum, vel oleum corrumptum, effusum est, condemnandus ex nomine est. Aliud exemplum est in legge 22. ff. eod. [Si servus, quem tibi comodaverit, futurum fecerit, utrum sufficiat contraria comodatio actio, quemdam modum competit, si quid in curationem servi impedit, si furti agendum sit, queratur. Et furti quidem noxalem habere, qui Commodatum rogavit, proculdubio est: contraria autem comodati tunc cum teneri, cum NB. sciens taliter esse servum, ignorantem comodavi.]



CONTROVERSIA IX.

An aliquando licitum sit comodanti rem comodatam ad certum tempus, & usum, ante tempus elapsum, aut usum obtinentem revocare.

S U M M A R I U M .

Commodans non potest avocare rem comodatam ante usum concessionem per se loquendo. 755.

An si improvitus casus emerget, possit ab incommode incurvandum rem comodatam revocare. 756.

Quid si etiam præviso casu fuisse commodatarius 758.

Quid si in contraria animi dispositione fuisse. 759.

An in casu questionis licet in utroque foro revocare non attinet in omnino commodatarii. 759.

Solvitur argumenta contraria. 760. & seq.

755. Ceteri Iuris est, & de natura hujus contractus, comodatum, per eloquendo, obligari ad non avocandam rem comodatam, ante tempus in contractu constitutum, aut usum ad quem concessa est; & si contravenire, obligari ad reliquendum damnum & in terræ. cap. an. b. t. ibi. Contra eum quoqueretè non agitur comodatio, nisi post usum expletum, cuius gratiarum fuerat comodata. cum non decipi nos beneficio oportere, sed adjurari: & lege 17. §. 3. ff. h. t. [Sicut autem voluntatis, & officii magis, quam necessitatis est comodare: ita modum comodati, idemque præscribere ejus est, qui beneficium tribuit, cum autem id fecit, id est, postquam comodavit, tunc finem præscribere, & terro agere, atque in tempeste usum comodata rei auferre non officium tantum impedit: sed & suscepit obligatio inter dandum acciendūque: genitum enim negotium in vicem, & ideo in vicem propositae sunt actiones: ut apparet, quod principio beneficij, & nuda voluntatis fuerat, convertit in mutuas præfationes actionesq; civiles.] Vnde sicut in mandato, ita & in comodato utrum illo vulgariter: quod ab initio est voluntatis, potest & necessitatis. Dixi: Per se loquendo.

756. DUBITATUR graviter, an si post rem comodatam improvitus casus emerget, ut nisi comodans rem comodatam revocet, incurrit non minus grave damnum, quam incurrit commodatarius, si revocetur, possit rem comodatam revocare, non obstante damno, quod inde patietur commodatarius. Prima sententia negat simpliciter posse revocari. Ita Naturatus.

Secunda sententia distinguit: & docet, posse in foro conscientie revocari, quando com-

mo-

modicarius non potuerit apud aliunde sibi prouidere / secus, si potuerit: quia tunc cōmodatum fuit causa, ne aliunde sibi prouidet, & per consequens dāmnum intulisset secūta vocatio- ne; quando non potest jam aliunde sibi confundere. Ita Angelus, Sylvester, & Tabiena, quos refert & sequitur P. Azor, c. 8. q. 2. dicens, in foro externo coquarū dicendum.

Tertia, benignior ac verior sententia est, posse in utroque foro, & in utroque casu revoca- ri, hoc est sine potestate, sine non potuerit Com- modatarius sibi aliter prouidere. Ita Molina, Lessius, & Lugo. Ut autem certa ab incertis- patemus, & ordine procedamus.

DICENDUM 1. Si commo- dāns, dum contraxit, p̄̄vidit, aut suscipiat est illum casum occurrū, tunc in foro conscientia- tenet non revocare etiam tali casu occur- rente, & multò minus in foro externo obtinet. Ratio est, quia tunc virtualiter consenit in hu- in modi dāmnum in gratiam commodatarii sub- eundum. Sicut qui prouidet, aut speraret prolem nascituram, non posset deinde ob prolem de novo natam donationem revocare, prout po- test, si inopinato superventione.

DICENDUM 2. Si commodans fuisse in illo habituali affectu erga cōmodatiū dum cōmodavit, ut eodem modo fuisse cōmodatarius, etiam casum eventurū p̄̄vi- sit, tunc etiam in foro conscientia non est leti- licium revocare. Ratio est eadem, nempe ob virtualē consenit.

DICENDUM 3. Si econtrario com- modans in ea fuisse animi dispositione habitu- li, ut interrogatis responsum dicit, se nolle obligari pro tali casu, tunc, si needum cōmodavit, sed solum se cōmodatū promisit, non tenetur stare promissū, & cōmodare, ne quidem in foro externo. Ratio est, quia liberalis promissio semper habet subintellēctum tacitam condicione- m, nisi eveniat casus, ad quem me non obligo, si ille nunc occurreret: adeoque simili- citer non vult pro tali casu obligari. Nunc ad principale punctum Controversie veniendo.

DICENDUM 4. cum tercia sententia relata, in utroque foro licet est, etiam si potuerit: quod non potuerit, non potuerit revocationem incurrit: neque etiam obstante, quod forte cōmodatarius tempore contra- dictio celebrati potuerit ab alio habete cōmodatum, nunc obstante, cum revocatur non possit: item non obstante, quod in solius cōmodatarii utilitatem fuerit factum cōmodatum.

Non probō Conclusionem cum Molina & Lessio à paritate locutionis, ubi potest ob occur- rentem necessitatem revocari domus locata, ut suo loco dīcū: unde isti AA. intulerunt, à fortiori id fieri posse in cōmodato, ubi libera-

itas intervenit. Hec tamen probatio non con- cludit, ut bene notavit Card. de Lugo, nam ut idem AA. tradunt, in loco id non licet ex na- tura contractū, sed ex legi privilegio: ut quin- tale p̄̄ivilegium, cūm sit strictè interpretatio- nis, non est extendendum ad alium contractū, etiam si sit aut etiam major ratio, quando lex non extendit, ut habet regula generalis tradita- ta ex legebus.

Probatio ergo melius à paritate Donatio- nis, qua est etiam gratuita, quæ ut suo loco vidimus, potest ob superventione prole insperata revocari, saltem si non sit facta causa p̄̄iz (quam aliqui exceptio) & hoc ideo, quia merito prouidit donantis intentio, suffit tacite conditionata: nisi proles inopinatā nascatur. ergo idem de cōmodante, merito summi potest, quod suum beneficium non velit sibi esse domi- nū, adeoque velit exceptum casum, in quo si cōmodatum revocari non posset, ipse domi- nū pateretur, cōmodatarius vero indennis- abiret. Et quidem facilis hoc intelligitur in cōmodato, quam in donatione, in quo domi- nū transfeatur: difficultas autem revocatur cōdominium, quam res cōmodata, ubi domini- um non transfeatur.

Objici potest 1. Regula Iuris 23. in 6. Mutare consilium quis non potest in alterius detrimen- tum. *rg.* In rigore talis non mutat consilium, quia ut diximus habuit absolute voluntatem pro nullo casu revocandi: sed excep- tis talibus casib⁹, qui si p̄̄a viderentur, expre- se xp̄̄ipientur. Quare superventione tali ca- su si revocatur aut maneat, non muratur volun- tas, ut pater. In idem decidere debet responsio P. Molina, aliquo nimis probat. Vult ergo regulam intelligendam esse: sine rationabilis causa, & alterius detrimentum intendendo. Sed revera hoc nimis est, quatenus dicit licet revocandi tales quoties esse posset rationabilis causa, & non intendetur alterius dāmnum, quod nemo concedit.

Objici potest 2. Donatio executioni mandata non potest revocari, etiam si posse eveniat casus, quo donans quād indigeret, aut etiam magis quam donatarius. ergo nec cōmodatum, quia per donationem transfertur dominium, non item per cōmodatum. Sed non est sufficiens responso. Nam sicut per donationem in rei do- natur ipsa proprietas, ita per cōmodatum do- natus ipsa rei ad certum tempus. Et per hanc donationem acquisiti cōmodatarius etiam ali- quod lus in re, prout tradidit Harpprecht. §. 2. cit. n. 77. Vnde statu, quod si cōmodatarius res cōmodata futuo surcipiat, com- petat illi condicione incerti adversus furem, & hoc probat à paritate pignoris futuo ablati, quo casu creditoris conceditur condicione incerti. Et cūm objici posset, quod creditor habeat jus in re,

CONTROVERSIA X.

Quānam Actiones competant ex Cō- modato.

SUMMARIUM.

Datur duplex actio, directa competens cōmo- danti, & contraria competens cōmodatarii. 762.

Adquid deinceps directa actio, & an concurred cum ac- tione furti, & legis aquilia. 763.

An transfat ad heredes & contra heredes. 764.

Quid in iure intelligatur per prestatōnes, ad quas obstantes datum actio contraria. 765.

An cōmodanti possit actione directa etiam fructus conseq̄ui. 766.

Quemadmodum in Mandato dictum est, dari actionem duplēcē, unam quidem directam, quæ competit mandanti, & aliam contrariam, quæ competit mandatario, ita & in presenti dicendum, cōmodanti compete actionem Cōmodatiū directam, cōmodatario vero contrariam. Ex obligationibus rō, quas tam unī quam alteri vi contactās convenientiū huc disputavimus, facile constat, ad quid obserendum illa actiones tendant. Directa actio dicitur etiam principialis, non tamē eo sensu, quæ contraria est hereditaria, & absque priori non posset imparari, ut bene monerit Cius in lege 17. §. ff. b. [Contra cōmodatiū actionē etiam sine principaliō moveri potest, sicut & cetera que dicuntur contraria.] Ratio autem est, quia si cōmodatarius ex parte sua omnia pralit, non autem cōmodans, debet utique cōmodatario competere remedium ad ius suum consequendum.

QUÆRITUR 1. An hac acti- one directa cōmodatarius convenit possit, si re cōmodata aliter usus fuerit, vel ultra tempus, quād fuerit cōmodatum, item si rem cōmo- datum sāculū p̄̄culpā deterioraverit. *rg.* Affirmati- vē, & quidem, ut cum illa concurrit etiam in priore casu actio furti, & in posteriori actio legis aquilia: ita tamen, ut una mota altera tollatur. Habentur hac seqq. Turibus. 1. 5. 8. ff. h. t. [Quinādēcim & qui alias re cōmodatā uisit, non solum cōmodat, verūm furti quoquo tenetur. 1. 18. §. 1. ff. rod. Sive autem pignus, sive cōmodatōres, sive deposita deteriorabat eo qui accepit facta sit, non solum illa fuit resūtiones de quibus loquimur, verūm etiam legis aquilia: sed si qua easū actum fuerit, ut colluntur. & 1. 34. §. 1. ff. de Ol. & u. l. Si ius ei rem cō- modatōre, can subripuerit, tenebitur quidem & cōmodatōris actionē, & condicione, sed altera ac- tio alteram permittit, aut ipso jure sunt per excepti- onem, quod est tutius.]

764. QUÆRITUR 2. An hæc actio transeat ad heredes & contra heredes. *g.* affirmativæ l. 3. §. 3. ff. h. t. [Heres ejus qui commodatum accepit pro ea parte quæ heres est, conuenit: nisi forte habuit facultatem totius rei restituendæ, nec faciat: tunc gain condemnatur in solidum, quasi hoc boni iudicis arbitrio conveniat.]

765. QUÆRITUR 3. Quid in Iure intelligatur per præstatio[n]es, ad quas obtinendas datur commodat[i]o[n]a[r]ia contraria, & de quibus est sermo in leg[e] 17. §. 1. C[on]tra ibi, converti in mutuas præstatio[n]es. *g.* Illas intelligi, per quas commodatarius in demnis seruat, aliquoquin à commodante damnum sine sua culpa passurus.

Præstatio hujusmodi est liber ulus ad quem res est commoda[t]a. Quodsi commodans ante expletum ulum concessum rem subriperet, non quidem actione furi, sed contraria commodati esset convenienti. L. 21. ff. h. t. [Rem mihi commodasti, tandem tubripulisti, deinde cum commodi ageres, nec à te scirem esse surreptam, iudex me condemnavit, & solvi: postea compri à te esse surreptam, que situm est, qua mihi tecum actio sit. Respondebit, suti quidem non esse, sed commodati contrarium iudicium utile mihi fore.]

Sed quid si res fuerit commodata ad certum ulum, cui etiam tempus præfixum est, si commodatarius nondum est usus, & tempus elapsum, an possit agere, ad relinqendum sibi ulterius. *g.* Negativæ: Sed portius Commodanti competit actio ad repetendum. Ratio est, quia concessio facta quidem censetur ad ultimum, sed ad ultimum restrictum ad tale tempus, adeoque sub conditione, si tali tempore futurus sit. Ratio: alterius elegans redditus ab Harpprecht, nam in tali casu certant inter se commodans & commodatarius, sed diversimode, nam illi certat pro domino evitando, alter pro lucro faciendo. Arque in tali concurso ille præfendens est, qui pro domino certat, ut alibi dictum, & est communis DD.

Secunda præstatio est reparatio danni, quod per causam commodati contigit commodatario ex dolo vel culpa commodanti, cuius exemplum supra allatum est, quando sciens commodat rem vitiosam: vel etiam sine culpa in causa qui haberet leg[e] 17. §. fin. ff. h. t. [Rem commodatam perdidi, & pro ea pretium dedi: deinde res in potestate tua (commodantis) venit. Labo aut, contrario iudicio aut rem mihi præstat te debere, aut, quod à me accepisti, reddere.] Ratio est aperta, quia aliquoquin locupletaretur commodans cum iactura alterius innocentis.

Tertia Præstatio est solutio impensum extraordinariorū & notabilium, de quibus etiam supra jam dictum est. Notant tamen DD, quod

magis expediat, rem commodatam retinere loco prioris, quam agere ad expensas.

766. QUÆRITUR 4. An Commodans possit actione directa non solum substantiam rei commodata, sed etiam fructus, si quos naturales illa res tulit propter ultum ad quem est concessa, confequi. *g.* Affirmativæ. Exemplum est, si tibi commodavi equum, qua dum cæteris, partis hinnulium, ille cum equa restituens est: nam res domino sui fructificat. Quodsi hinnulus eam (ut fieri solet) comitetur, tenetur commodatarius ad custodiari hinnuli aquæ ac matris, etiam si nullus usus sit hinnuli. lege 5. §. 9. ff. h. t. [usque adeo autem diligentia in re commoda praftanda est, ut etiam in ea quæ sequitur rem commodatam, præstari debeat: ut puta, equum tibi commoda vi, quam pullus comitatur, etiam pulli te custodiari præbente debete veteres responderunt.]

CONTROVERSIA XI.

Quid sit Precarium, & quomodo differat à Commodo: & de aliis
huc spectantibus.

SUMMARIUM.

Precarii definitio. 767.

An absque rationabili causa possit revocari. 768. An repugnat natura Precarii concessio ad certum tempus. 769.

An in Precario transeat Possessio in precario possidentem, qualis non transit in Commodatario. 770.

Aneiam Iura ac servitutes possint precario possideri. eod.

Quam culpam præstet, qui Precario possidet. 771.

Premodo Precarium finitatur per mortem. 772.

Quenam actio competit concedenti contra rogantem ad repetendam rem concessam. eod.

Causa quo finitur Precarium absque revocatione. eod.

Precaria quid sit. 773.

Modi varii constituendi Precarium. eod.

767. Precarium admodum affine est Commodato. Definitio solet: [Convenio, quæ precibus petenti rem gratis utendam concedit, nullo uenti vel fine, vel modo præscripto: hoc est: tamdiu, quamdiu isqui concessit patitur.] L. 1. pr. ff. de Precario. ubi adiutur, hoc genus liberalitatis ex jure gentium descendere: & ob similitudinem cum commodato solet post commodatum ab AA. tractari, quavis reverâ strictè loquendo Contractus non sit, ut patebit ex dicendis de ejus natura ac differentiis

Contr. XI. De Precario.

ad commodato & satis claræ habetur l. 14. ff. h. t. [Interdictum de precariis metiò introductum est, quia nulla eo nomine Iuris Civilis actio est, magis enim ad donations, & beneficii causam, quam ad negotii contracti spectat Precarii conditio.]

Differentia autem precarii à commodato est, quod sit ad libitum revocabile. Circa quod

768. DUBITATUR 1. An absq[ue] rationabili causa possit revocari. Negant Patnotitanus, Covarruvias, alii que res referunt & sequuntur P. Molina & Lugo. Fundamentum negandi est, quia cum Precarium continet beneficium, si sine rationabili causa revocatur, præsumetur dolus & animus nocendi potius quam benefaciendi. Ergo si sine rationabili causa revocaretur, possit exceptione dolis repelliri. Ego quidem faciliter concedo, quod si quis in continentia revocaret, nec ullam causam revocandi allegare posset, præsumetur, quod voluerit vel nocere, vel scelere illudere. Ceterum non credo, quod revocatio non valeret, si ex causa irrationali fieret, dummodo dolus abusus à principio traditionis, hoc est, dummodo tunc non jam habuisset animus statim revocandi. Sicut ergo valet revocatio ultima voluntatis, etiam absque rationabili causa, v. g. ex fine peccaminoso, ita etiam valeret revocatio precarii etiam ex irrationali causa; & hæc sapienter posset quin est locus presumptioni, quod à principio dolus intercessisset.

769. DUBITATUR 2. An repugnat natura Precarii concedi aliquid ad certum tempus. *g.*

Non repugnat, sed, ut non sit commodatum, debet habere istam sensum: Concedo tibi ad mensim v. g. hunc librum, ita ut finito mense finitur sit precarium: intat mensim tamen mihi sit integrum revocare.

Quid si mensis elapsi pergit alter tem deincere, & qui concessit, non repetit, censetur precarium tacito consensu extendi. & si de novo rogat in ulterius tempus, prorogatur absque alia traditio[n]e nova. Ita habetur l. 4. §. 4. & lege 5. ff. h. t.

[Item qui precario ad tempus rogavit, finito tempore, etiam si ad hoc temporis non rogavit, tamen precariò possidere videtur: intelligitur enim dominus, cum paritur eum qui precario rogaverit, possidere, iuris precario concedere. Sed si manente adhuc precario tu in ulterius tempus rogasti, prorogatur precarium, nam nec mutatur causa possessionis, & non constituitur eo modo precarium, sed in longius tempus proficitur.] Et haec notanda sunt, propter effectus quos haber precarium sic continuatum, de quibus postea.

770. Est & alia adhac differentia inter commodatum & precarium, quam post gloriola

notat Ant. Gomez ro. 2. var. refol. c. 7. n. 2. quod in commodato nulla transit possessio in recipiens, sed commodans dicitur naturaliter possidente per commodatuum, sicut & locator per colonum: at verò in precario transit possessio naturalis (sed revocabilis ad libitum) & apud concedentem manet possessio civilis. Quidquid ergo in iure concedetur possessori naturali, illud competenter illi qui precario possidet, quamvis possesso non revocatur. Et hic est iam unus effectus, ratione cuius interest nos, an precarium fuerit continuatum necne. Coligitur autem ex lege 15. §. fin. ff. h. t. [Quo quis loco precariò aut possideat, aut capite possidere, nihil refert, quod ad hoc interdictum pertinet. & clavis ex ultimis verbis legitur eod. Quippe ipsi duxerat, non etiam hardi concessa possesso est.] Clarissimum ex 1. 4. §. 1. Meminisse autem nos oportet, eum qui precario habet, etiam possidere. Ac denique l. 15. §. 4. amplius declaratur per distinctionem. [An quoque possidat, qui rogatus sit, dubitatur est. Placet autem penes irtum que esse cum hominem, qui precario datum esset, penes eum qui rogasset, quia possederat corpore: penes dominum quia non discellerat animo à possessione.] quan[do] diceret, illum naturaliter, hunc civiliter possidere. Quia verò hæc possesso est ad libitum revocabilis, non requiritur in ea animus decimendi tem[po]r[um] ut suam, qui alioquin requiritur, ut dictum est de posseditio[n]e. Imò Boceetus in 37. docet cum aliis, quod non sufficiat, rogasse tem[po]r[um], sed neceſſe sit, rogasse ipsam possessionem: alioquin dominus per precarium possidet, sicut commodans per commodatum.

DUBITATUR 3. An etiam iuria, ut servitutes, possint precarii possideti. *g.* Affirmativæ, per textum expressum in l. 15. §. 2. ff. h. t. [Precariò habere etiam ea, que in iure consistunt, possimus: ut immixta, vel poteſta.]

771. DUBITATUR 4. Quād cultus præstare debet, qui precario rogavit. *g.* Solam latam culpatum illi præstandum esse. l. 8. §. 3. eod. [Eum quoque precario teneri voluit prætor, qui dolo fecit, ut haberet desineret. Ille adnotatur, quod culpatum non præstat is, qui precario rogavit (intelligere levem) sed solum dolum præstat: nec numerito solum dolum præstat is qui precario rogavit: cum torum hoc ex liberalitate descendat ejus, qui precario concessit, & factis sit, si dolum tantum præstetur. Culpat tamen, NB. dolo proximam contineri quis merito dixerit.] Ratio autem videtur alia non esse, quād quia precarium est ad libitum revocabile, & ideo, nisi aliud in pactum deducatur, non metitur, ut gravius obliget.

772. DUBITATUR 5. Quemodo precarium finitatur per mortem. *g.* Finiri per mortem rogantis, adeoque ad heredes ejus non transire, non tamen finiti per mortem concedentis,

tis, sed transire ad hæredes donec revoceatur. Habetur utrumque l. 12. §. 1. eod. [Pecario rogatio & ad hæredem ejus qui concessit, transit; ad hæredem autem ejus qui pecario rogavit, non transire, quippe ipsi tantum, non etiam hæredi concessa postficio est.] Idem habetur c. fin. de precariis. Quia immo etiam ad successores singulares extenditur in lege 8. §. 1. & 2. eod. [Quod à Titio pecario quis rogavit, id etiam ab hæredes ejus pecario habere videtur, coque iure utinam. Ergo & à cæsis successoribus habere quis pecario videtur. Idem & Labeo probat; & adjicit, etiam si ignoret quis hæredem, tamen videri eum ab hæredi pecario habere. Illud tamen videamus, quale sit, si à me pecario rogaveris, & ego eam rem alienavero, an precarium dureret ad alium translata. Et magis est, si ille non revocet, posse interdicere, quia ab illo pecario habeas, non quia à me: & si paucus est aliquis tempore à se habere pecario, rectè interdicet, quia à se pecario habeas.] Itaque ex parte concedentis non finitur pecariis ipsa morte, sed revocatione, vel ab ipso concedente, vel à successore facta, quando absque temporis designatione conceditur. Aliud esset, si adiiceretur limitatio qua ad voluntatem determinatam concedentis alligaret, v. g. dicendo: possideas quamdiu mihi placuerit. Tunc enim ex communī doctrīna, quam retulit Tr. i. de Legibus, censeretur concessio limitata ad vitam ipsius concedentis, casu quo nunquam revocet: quia post vitam nullum amplius habet placitum, & si deficit conditio adjecta, etiam absque omniā ēē contraria & revocatoria. Ita habetur l. 4. ff. locati. Locatio, Pecariis rogatio ita facta: quod is qui eam locat, dediceret vellet: morte ejus, qui locavit, tollitur. Idem habetur c. 5. de Rescript. in 6. quod alibi retulit.]

DUBITATUR 6. Quenam actio competat concedentis contra rogantem, quā res concessa repeti possit. §. Imprimis competere interdictum Restitutorium de pecariis. l. 2. ff. b. t. Ait Prator. [Quod pecario ab illo habes, aut dolo male fecisti ut definies habere quā de re agitur: id illi restituas.] Deinde etiam competit actio praescriptis verbis, ut ibid. habetur §. 2. [Itaque cum quod pecario rogatum est, non solum hoc interdicto uti possimus, sed etiam praescriptis verbis actione, quā ex bona fide procedit.]

Objici posset, ex hoc sequi, quod pecarium sit Contractus; quod tamen suprà negatum est. Sequela probatur. Quia actio praescriptis verbis datur ex Contractibus innominatis. Responder Hunnius, Constitutiones de Pecario dare actionem Praescriptis verbis ex bono & aquo potius, quam ex negotio & contractu, ut indicatur in dicto §. propero similitudinem cum commodato. Nam ceteroquin ex Pecario nulla civilis actio nascitur, ut habetur l. 14. b. t. [Interdictum de

Pecariis merito introductum est, quia nulla eo nomine Iuris civilis actio esset, magis enim ad donationes, & beneficia, quam ad negotii contracti spectat pecarii conditione.] Ex quo textu suprà dixi, probari non esse contractum.

Contra hoc ipsum tamen objici posset ex l. 23. ff. de R. I. ubi Precarium vocatur contractus. §. 2. Tamen, ibi in larga significatione sumi nomen Contractus, complectendo ea etiam, quæ similitudinem habent cum contractibus, unde etiam quasi contractus negotiorum gestorum ibi enumerauntur.

Advento hic, postea dari casum, quo Pecarium absque omni revocatione tam Iudiciale, quam extrajudiciali finiatur: nempe quando debitor à creditore accipit pignus pecarii, deinde vero debitor solvit, cessat precarium, ut habetur l. 11. ff. b. t. Si debitor rem pignoram pecarii rogaverit, soluta pecunia Precarium solvit, quia id datum est, ut si quis eo Pecariis teneat.

773. Reflat breviter aliquid dicendum de Contractu Pecariæ, luce Civili incognito, sed Iure Canonico introducto. Sunt autem Pecariæ, quando aliiquid conceditur, vel in perpetuum, vel ad vitam accipientis, aut ad tempus certum, seu breve seu longum, & differt à Pecario Civili, quod ante illud tempus non possit revocari, si fuerit rationabiliter concessum: secundū, si irrationabiliter, nam tunc successor non solum potest, sed ratione officii tenetur revocare. c. b. t. [De Pecariis irrationabiliter factis à Rectoribus Ecclesiasticis se subiisque successores penā gravi obligantibus, ut facta ipsorum dissolvete nequeant: præcūpis, ut nemo successor antecessoris sui penā sit obligatus, sed suę providentia se concessum, ut si antecessor ejus res Ecclesie irrationabiliter distribuit, ab eo ad illos ejusdem Ecclesie revocentur.]

Modus autem constitutendi Pecariam est varius, ut ex variis Canonibus advertit P. Molina d. 298. n. 21. aliquando conceditur pro certa annua pensione in perpetuum, vel ad vitam, vel ad decennium aut ultra, & tunc non differt ab Emphyreus, ut dixi tract. 9. in fine. Aliquando ad minus tempus decennio, & tunc non differt à locatione. Aliquando conceditur quod usum fructum pro aliis possessionibus ab accipiente dandis saltē post mortem. Aliquando omnino gratis, vel propter merita, vel intuitu pauperis, &c. Vocant autem Pecariæ, non obstante quod coincidant cum aliis Contractibus, quia solent concedi ad preces accipientium. Hujusmodi modus describitur c. 2. causa 10. q. 2. in fine. [Si Oeconomus Ecclesie proficeret expedire, ut desiderant cuiquam certarum possessionum atque pradiorum (urbanorum scilicet, sive ruris) ad Ius Ecclesiasticum pertinet, sive utrumque] ad Ius Ecclesiasticum pertinet, temporalis ususfructus possessione pro ipsius petitione præstetur, tunc ejus temporis quod in-

ter

Contr. I. Quid sit Depositum.

ter utrosque convenerit, sive in diem vita sua ab eo qui desiderat, postealetur, pacta cum eo qui hoc elegerit, in ea Oeconomus, arius conscribat, per quæ & tempus, intra quod hoc præstat placuerit, statuat, & mansuetum sit, quod quisque accepit ad invicem.]

Illud etiam in his Pecariis constitutum est, ut de Quinquennio in Quinquennium renoveretur: non quidem ut de novo celebretur contractus, quidquid dixerit glossa: sed eo fine, ut ex eius Contractus facti memoria. Porro, huiusmodi Pecariæ solet apponi clausula, ut acci-

piens teneatur singulis quinquenniis Contractū renovare, alioquin amissus Contractum, que renovatio non est aliud, quā iterata recognitio. Quodsi forte illa clausula omittitur, tacite tamen subintelligitur, quia consetur Contractus initus secundum formam Iuris communis: nisi consuetudo loci aliud haberet: tunc enim potius consetur Contractus initus secundum loci contractudinem. Et hac de Pecaria, de qua etiam aliiquid dictum est tomo tertio.

CAPUT VIII.

DE

CONTRACTUS DEPOSITI,

ET

SEQUENTIO.

CONTROVERSIÆ I.

Quæ sit Definitio, ac Natura Depositii.

SUMMARIUM.

V. Aris acceptiones Depositii. 774.

Depositii definitio. 775.

Quid si in contractu appositum sit rempus & terminus, quo Depositarius rem custodiat, an intra hoc tempus repetendi restituentur. 776.

Intellectus legis 1. §. 22. ff. Depositii. eod.

An sit contra naturam depositi pacium in favorem depositarii. 777.

An accepta facultate utendi, possit restitutio denegari usque ad adventum diei. 778.

An non facta expressa facultate utendi, graviter peccetur utendo. 779.

An maneat contractus Depositii in re fungibili cum translatione dominii, sed reservata potestate revertendi ad libitum. 780.

An in tali contractu efficit locus exceptione d: non numerata pecunia. 781.

Christ. Haun. de Iust. Tom. IV.

Intellectus legis 26. §. fin. ff. Depositii. 782. & seq.

An si Depositarius in casu conclusionis, si effit in mora, teneatur ad iuras. 784.

Intellectus legis 24. ff. Mandati. eod.

An si depositus rem fungibilem dei facultatem utendi, nolit tamen esse mutuum, transferatur dominium. 785.

Disparitas inter Mandatum & Depositum. 786.

Conciliatio legis 34. ff. Mandati. & legis 15. ff. de rebus credit. eod.

774. De hoc Contractu est in Digestis titul. 3. lib. 15. & in Codice tit. 34. lib. 4. in Instit. §. 3. I. Quib. mod. re contr. oblig. Porro vox Depositum aliquando imitetur pro re ipsa deposita. & ita delibetur ab Vipiano in l. i. pr. ff. b. t. dom. ait. Depositum est, quod custodiendum alicui datum est. Hoc loco accipitur pro ipso Contractu.

clausula